

The Electronic *Manipulus florum*
www.manipulusflorum.com

Communitas siue congregatio g
cum fonte primo

Stulta auaricia mortalium possessionem
proprietaemque discernit, nec quicquam
suum esse credit quod est publicum.
Ac sapiens nil iudicat suum magis
quam cuius illi cum humano genere
consorcium est.
Nulla essent communia
nisi pars illorum pertineret ad singulos.

Seneca XXIX. epistola.

Stulta avaritia mortalium possessionem
proprietaemque discernit nec quicquam
suum credit esse quod publicum est;
at ille sapiens nihil magis suum iudicat
quam cuius illi cum humano genere
consortium est.
Nec enim essent ista communia,
nisi pars illorum pertineret ad singulos;
socium efficit etiam quod
ex minima portione commune est.

Lucius Annaeus Seneca, *Ad Lucilium
epistulae morales*, 73.7 (L. Reynolds ed.,
vol.1, p.222, ll.12-17).